



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

XCII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

Ordinis fuerit, indigno certe religioſa veste. Is Girondæ in Aragonia ſæculi huius anno vndecimo, ſeu iuudicis ſiue incredulus, ſatyram aduersus S. Ignatium aggressus eſt ſcribere, cuius cum partem affectam relegit, miratur ſuam manum, ſuo ab ingenio diuerſam, contraria omnia dictanti inge- nio vel maliitia ſcripſiſſe; nam præter laudes nihil re legebat qui nihil præ- ter probra manui ſuæ dictauerat. Errore igitur factum ſuo id putans, reſumpto ſtylo, quod conceperat mente, denuo contexit; at ecce tunc etiam dictanti ſcelerato, manus propria Ignatij laudes, pro conuictis reddidit, ac mirum, quantumuis furioſe in cœpta incubentis, non veniſſe in mentem illam manus, in aucto ingenio, operam, non poſſe errori attribui. Repetitā er- go tertium rabie, eodem ſuccelū deluſus eſt, ſed nihilominus ſtupido pa- riter, tibique indignanti, dum ſacrilegium integrat, reuulfus calamitus in medium cubiculi diffiliſit, ipſaque eadem occulta vi intorta eius manus in- gentem iplimē colaphum impegit, quo tandem aliquando pudefa- cetus, & pauens, colligit ſeſe, ſtylumque, & animam erga S. Ignatium mutauit.

Raphael Valcancerius Majoricensis, quadriennis ægrotus deſtitutione vi- rium interiebat. Cibi quatuor iam dies nihil admiferat, fueratque ad ſupre- mam laetam ſacro oleo inunctus, vocatus ē Societate, qui eum iuuaret ut Christianè moreretur, reliquias ſecum S. Ignatij attulit, & licet exper- tem rationis, & ſtupentem, iis tamen dueta cruce signauit, commen- dauitque S. Ignatio, quod iplum, & vxor præſtitit, ſpondens ſi conua- leſceret ſe diem S. Ignatij Feito annuo culturam, daturamque tribus pau- peribus prandium. Votum conceperat, & vires ſtatiſ redire, circumſpicere adſtantes, mentem recipere, moueri, cum tanquam cadauer antea iace- ret, febri denique poſta valere. His ſoror acceptis, magnoperè indidem remedium carcinomati ſperauit, quo erodebatur iam per biennium. Su- cepti ex voto ſacellum S. Ignatij nouemdiali cultu adeundum, illius imagi- nem ab uno ē noſtris patribus acceptam, parti affectæ appoſuit, & inde iam ſibi melius fieri aduertens, paucos intra dies bellissimè va- luit.

Benedictum Lopelum iuuenem, præfectum vnius ex Peruui fodiniſ, dum fugitiuum requirit mancipium, latrones quinque ex infidiis inuadunt, equo deturbant, proterunt, vulnerant, pro mortuo relinquent. Cumque il- los primum conſpicatus, enixē S. Ignatium in ſui defenſionem inuocasset, vidit illum ſemper interponentem ſe illorum furori, vibratōſque iectus per- inde pallio, vt ſculo retudentem ſurgens demum post eorum diſceſſum, ve- ſtes, & pileum multis locis punetim, caſim, forata, & lacera comperit, inta- ſto corpore, ac ne minima quidem punetione præſtricto.

Gandiæ anno ſeculi primo Vincentia Cotziæ ſeptenni puellæ, fauces in- tercluſerat angina, iamque triduo nihil cibi transmittens non diu ſuperfuta- ra credebatur; affertur ad eam imago S. Ignatij, quam eius avus ſculptor co- ronide ornandam acceperat, docetur sancti opem rogar, ſequi ab eo (vti &

*Aduersus S.
Ignatium
ſcribens, ca-
ſtigatur.*

X C.
*Moribundus
ſanatur.*

X C I.
*Aduersus
quinq; graſ-
ſatones, in-
nocantem ſe
S. Ignatius
defendit.*

X C II.

K K k 30 aliis

aliis Gandia contigerat) persanandam erigitur in genus suorum brachis, Pater, & Aue recitato, iconem faucibus appunit, ad hanc momento dolor ponit, infatio residet, expirat inflammatio, cibum poscit, sumit, conualescit.

XCIII.

*Quadriennia
pedibus ea-
pius sanatur.*

De beatorum honoribus S. Ignatio decretis Potosium nuncij venerant, & festis populi gaudiis soluebantur. Hinc tristis Christophoro Martinesio dolendi ansa, quod eorum in parte non veniret, erat enim membris iam quadriennium ita interceptis, ut nisi fulcris alaribus non posset insistere, coniecta itaque in sanctum confidentia, effusoque in eum animo, Itane, inquit, Beatisime Patriarcha Ignati! communes inter laetias quæ tuo nomini celebrantur, ego doleam solus, & aliis omnibus honori tuo choros ducenibus, vnum ego non possim vel gressum mouere: pios questus non spreuit sanctus Pater, eo ipso temporis puncto vigorem membris infudit tam validum, ut fulcta proiecerit, & die proxime subsequenti omni ex parte consenserit.

XCIV.

*Capta pedi-
bus sanatur.*

Huic plane consimile, hoc eodem anno, sæculi huius nono Maiorice contigit. Dum enim apud nos, honores tunc recens Beato Ignatio dicatos, prosequeretur communibus gaudiis gratulatio publica, mulier pedum vnu priuata, iis tamen ingratitiis, adesse in templo statuit. Dimouebat hanc soror ab imprudenti consilio, immensum obiuciens populi concursum, deiectum iti à conferta turba, & pedibus proterendam. Quibus nihil mota, domo vt poterat, conatu difficile tandem exit, vixque in vico constiterat, & explicari mox pedum nodos, redire iis spiritus, & vires, ipsa fulcris alaribus procul à se abiectis, valens, & alacris templum petit, sancto gratias agit, epulo sacro illius memoriam, & beneficium celebrat.

XCV.

*Liberatus à
demonis cui
se mancipa-
rat.*

Michaëlem Schrammeum annorum septemdecim iuuenem studiorum causa parens Herbipolim miserat, sed is, quod solent suo arbitrio permissi iuuenes, in consuetudinem se dedit perditorum, à quibus inter alia sclera, etiam dæmonem pro magistro habere didicit in hunc modum res tota gesta est. Dabat operam iuri, & insigni Mago, eius quidem amicus. Michaëlem cum socio eiusdem ætatis, magi domum perdit. Illic alacriter bibitur, inde magus suas artes iactare; non fuit multa opus mangonia, ad infatuanda capita stultorum iuuenum, & proritandam curiositatem, noua & mira factandi; præsertim cum sterili curioso, spes quoque utilis adderetur, suam enim quandam extollebat radicem magus, quæ linguae indita, nihil non efficeret, iubendo quidem si linguae insellet; tangendo autem digito inhaerens forces referaret, & scrinia; comminueret catenas, subterraneos thesauros in apertum extraheret, & taumaturgiae similia ederet complura. Cæterum eam vili fore, dumtaxat tantillum animi opus esse ad ferendum semel dæmonis conspectum non ingrata specie adfuturi, ad tradendam illi urbanitatis causa, exiguo syngrapho animæ potestatem: immensum pretium exacerbandus diaboli proxenetas, teruntij fecerat; sed stolidi iuuenes præpotentis radicis desiderio cibrij, nihil abnuere, sed paetis addi volueré, animæ potestatem